



**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 1. Intra quod tempus fieri debeat præsentatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

139

# LIBER SEPTIMVS,

In quo continetur materia temporis , quo fieri debet præsentatio.



## C A P V T P R I M V M.

Intra quod tempus fieri debet præsentatio.

### S V M M A R I V M .

- 1 Præsentatio fieri debet infra quadrimestre , si patronus sit laicus , vel clericus pro suo patrimonio .
- 2 Præsentatio à patrono ecclesiastico sit intra semestre .
- 3 Electio fieri debet intra semestre .
- 4 Electus infra mensem debet consentire .
- 5 Iuspatronatus si sit mixtum , semestre datur ad præsentandum .
- 6 Idem est si ecclesia sit patrona ex donatione laici .
- 7 Tempus datum ad præsentandum abbreviari non potest .

8 Patroni in fundatione posse sunt statuere tempus , intra quod facienda sit præsentatio .

**P**RÆSENTATIO à patronis laicis , vel clericis patronis ratione proprij patrimonij facienda est intra quadrimestre . cap. cum propter de iurepatronat . à patronis autem à ecclesiasticis facienda est intra semestre . cap. vnico . de iurepatronat . lib. 6 . cap. sicut de supplend . neglig . Prél . sicut enim Collator habet semestre . cap . nula . de concess . præben . ita . patronus ecclesiasticus , qui reputatur ut Collator . Ele-

cto-

3. Clerores & autem habent solum  
 trimestre ad electionem fa-  
 ciendam à die vacationis.ca.  
 ne pro defectu. & ibi glos. &  
 c. cum in cunctis. de elect. &  
 4. deinde & electis infra men-  
 sem debet consentire. capit.  
 quam sit. vbi glos. de elect.  
 lib. 6. & si fiat deuolutio ad  
 superiorem, seruabitur tex. in  
 dicto cap. nulla, & in elec-  
 tione seruabitur text. in di-  
 cto cap. ne pro defectu. Vide  
 Lambertin. de iurepatronat.  
 libro 2. par. 2. quæst. 1. ar-  
 tic. 1. Si autem iuspatrona-  
 tus & fit commune, & laici,  
 & ecclesiastici, tunc omnes  
 dicti patroni habebunt se-  
 mestre ad præsentandum. glos.  
 in cap. vnico. de iurepatron.  
 lib. 6. quia magis dignum  
 trahit ad se minus dignum.  
 cap. quod in dubijs. vbi glos.  
 in verbo consecratum. de  
 consecr. eccl. vel altar. quod  
 procedit etiam si laicus ha-  
 beat maiorem partem, vt per  
 Lambertin. vbi supra. art. 3.  
 6. Quid si ecclesia fiat & patro-  
 na ex donatione sibi facta à pa-  
 trono laico, habebit semestre  
 ad præsentandum. d.c.vnico.  
 §. verum. de iurepatr. lib. 6.

7. Tempus & autem datum  
 tam laicis, quam ecclesiasti-  
 cis patronis ad præsentandum  
 non crederem, quod ex con-  
 suetudine possit restringi, &  
 abbreviari, vel ampliari, &  
 prorogari, cum ita sit à lege  
 statutum, quæ seruari ab om-  
 nibus debet: quia tamen  
 consuetudo est altera lex, &  
 multum operatur, in multis  
 casibus fortasse contrariorum  
 dici posset, de quo vide Lam-  
 bert. vbi supra. art. 6. stante  
 maxime longissima præscri-  
 ptione. Possunt & tamen pa-  
 troni in limine fundationis,  
 cum consensu Episcopi appo-  
 nere modum, quo succeden-  
 tes patroni, si erunt ecclesiasti-  
 ci præsentent ante, vel post  
 semestre, vel si erunt laici,  
 præsentent ante, vel post  
 quadrimestre, & abbreviare  
 possunt tales terminos datos  
 à iure: tali enim casu potest  
 patronus cum Episcopi con-  
 sensu apponere modum, vel  
 conditionem non solum ex-  
 tra, vel præter, sed etiam  
 contra ius commune. c. cum  
 dilectus. vbi glos. in verbo  
 constitutum. de consuetud.

CA-

